



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Philippo apostolo. Cap[itulum]. cvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto Philippo apostolo. Cap. cxiij.



**Philippus** apostolus a bethsaida galilee ciuitate: andree et petri quibus discipulis apostolis erat iunior fuerit: uocatione tamen inter primos exiit: ut de eo dicitur Iohannis primo cap. hic post do-

mini ascensionem et apostolorum diuisionem uiginti annis per scythiam instanter christi euangelium predicauit. Sed tandem a gentilibus tentus: et ad statuam martis adductus immolare compellitur. Tunc oraco de sub base altaris exiit: qui filium pontificis ignem sacrificij ministrantem interfecit. Duos quoque tribunos quorum ministri philippum apostolum in uinculis detinebant extrinxit. Statu etiam suo ceteros omnes morbos reddidit. Quibus apostolus dixit: ut si statuam martis desicere uellent: et crucem domini ibidem erectam adorarent: mortui eorum resurgerent: et infirmi sanitatem perciperent. Illi uero qui cruciabantur: se sanari petebant: et statuam confringere promittebant. Tunc philippus precepit draconem: ut sine alicuius lesione in desertum locum abiret: ubi neminem ledere posset. Qui statim recedens nusquam comparuit. Apostolus uero languentes omnes sanauit: et illos tres mortuos suscitauit. Sicque factum est: ut qui eum persequerentur: quasi deum adorarent. Ipse autem per unum annum uulgiter: predicauit: et multa milia hominum ad christi fidem conuertit et baptizauit. Edificatisque multis ecclesijs: episcopos: presbyteros et diacones: atque alios clericos ordinauit. Deinde per reuelationem ad asiam in ciuitate hieropolim deuenit: ibique heresim ebionitarum qui christum carnem fantastice assumpsisse: donec extrinxit. Erant autem ibi due sacratissime uirgines eius in baptisate filie: per quas deus multitudinem uirginum lucratus est. Apostolus autem ante septem dies obitus sui omnes presbyteros et clericos suos ac uicinarum urbium episcopos conuocauit: et eos de singulis docens in christi fide confortauit: seque ad deum per martyrium migraturum post septem dies eisdem prescedit. Et cum esset annorum octuaginta septem ab infidelibus tentus: crucifixus: lapidatusque perrexit ad domum: et martyrium feliciter consummauit kalen. maij. Et in eadem ciuitate corpus eius positum est. Postmodum etiam die filie eius prefate a dextris et a sinistris eius tumulare sunt. Processu uero temporis corpus apostoli romanam translatum fuisse dicitur.

De sancto Iacobo minore apostolo. Cap. cxv.



**Iacobus** apostolus qui dicitur minor: seu iacobus frater domini cognomen-

ro iustus: fuit filius alphet et marie sororis matris domini: sicque consobrinus christi fuit: propter quod morte iudeorum et frater domini appellabatur. Minor autem dicitur ad distin-

ctione alterius Iacobi apostoli filij zebedei: qui maior uocatur: non quod hic minor illo fuisset etate: sed posterior uocatione. De hoc autem dicit plenius in hystoria natiuitatis uirginis marie. vi. id. septembris. Iustus autem cognoscitur est propter meritum excellentissime sanctitatis. Nam ut de eo dicit Hieronymus: tunc euertere fuit in populo: ut simbra uestimenter eius ceratim congerere cuperent. Et ut dicit egeppus: hic ex utero matris sue sanctus fuit: uinum et ficeram non bibit: carnes nunquam manducant: ferrum in capite eius non ascendit: oleo nunquam unctus: nec balneo usus fuit: findone. i. veste linea semper indutus. Toties in oratione genua flexerat: ut callos in genibus more camelorum uideret habere. Hic solus ex apostolis propter sanctitatem suam promittebatur intrare in sancta sanctorum: non quidem causa immolationis: sed orationis. Instantium autem et facile et linamentis corporis similitudinem propter uisum perhibet: quod plerique in amboz specie fallentes unde ut dicit Hieronymus cum iudei ad capiendum christum pergerent: ne forte iacobum personam christi caperent: a iuda qui eos optime discernerebat: signum oculi acceperunt. Et nihilominus fugentibus apostolis: quendam ex ministris qui propter turbam christo appropinquare non poterat: iacobum iustum uice iesu tenuerunt. Qui relicta findone quarebatur: ut dicitur est nudus: fugit ab eis. Hic etiam ut idem Hieronymus testatur contra iouinianum propter uirginitatis exiit. Et ut idem tradit in parascue mortuo domino iacobus uotum uouit se non comesturum donec uideret dominum a mortuis surrexisse. In ipsa autem die resurrectionis cum uisus tunc non gustasset dominus eundem apparuit: et astantibus mensuram apponere iussit. Deinde panem accipiens benedixit et fregit et iacobo dedit horans cum ut comederet: eo quod filius hominis a mortuis surrexisset. Huic etiam propter suam sanctitatis excellentiam apostoli instantium detulerunt: ut primus inter eos missam hierosolymis post ascensionem domini celebrasset: quam petrus postmodum primus celebravit antiochie et marcus alexandrie. Post ascensionem ergo domini discipulis ad predicandum ad diuersas partes aduersibus: iacobus frater domini hierosolymorum episcopus ordinatus est: qui ecclesiam ipsam annis. xxx. gubernauit. Et cum primum consilium ab apostolis in hierosolyma celebratum esset: propter obseruationem legalium. Iacobus uero ecclesie ipsius episcopi concilij diffinitor: et